

Universitätsbibliothek Wuppertal

**Xenophontis, Philosophi Et Imperatoris Clarissimi, Qvae
Exstant Opera**

Xenophon

Francofurti, 1596

Narratio de vita Xenophontis

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-331](#)

NARRATIO DE VITA XE.
NOPHONTIS, EX DIVERSIS
SCRIPTORIBVS COLLECTA
PER IOANNEM LEVNCLAM
CLAVIVM.

ENOPHONTI Patria fuit urbs Græciae princeps Athenæ; ad cuius tribum Archiensem pertinebat. Patrem habuit Gryllum. Vultu peruenusto ac miti, cæsarie promissa, quemadmodum Chio Philosophus prodidit: ipso in vultu singularis inerat verecundia. Narrant illum Socratis aliquando quodam in angiporto factum esse obuiam, & Socratem cum baculo protenso quo minus præteriret impediisse: deinde quæsiuisse, quo loco venderentur omnia quæ in urbem adferrentur. Ad quæcum Xenophon respondisset, rursum interrogasse Socratem, ubinam ad virtutem homines consuefierent: illo haren te, iussisse ut se sequeretur. Ex eo tempore Socratis auditor erat. Primus etiam commentariis doctrinam Socraticam complexus est; qui nunc quoque titulo Memorabilium exstant. Idem & Philosophorum historiam primus scripsit. Deinde huiusmodi quadam occasione, quemadmodum ipse tertio de Cyri iunioris expeditione libro narrat, in amicitiam Cyri Darij F. qui fratrem habebat Artaxerxes regem, peruenit. Erat Sardibus apud Cyrum Proxenus Bacchus; qui magna mercede data, discipulus aliquando Gorgiæ Leontini oratoris fuerat. Cum eo Xenophonti ius hospitijs erat. Quare litteras Sardibus dat ad Xenophontem, eumq; pellit ut ad se veniat: velle se policetur ipsi amicitiam Cyri conciliare, quem ipse patria sua præferret. Xenophon, lectis litteris de hoc itinere Socratem consulit. Is, veritus, ne Xenophonti amicitia Cyri apud Athenienses fraudi esset, quod Cyrus aduersus Athenienses summis viribus Lacedæmonios iuuerat: hoc ei dat consilij ut Delphos profectus Apollinem consuleret. Itaque cum eo venisset Xenophon, rogat Apollinem cui Deo sacrificandum esset, quemue orandum, ut iter quod secum ipse statuisset ingredi, prospere cederet. Respondet Apollo, Diis illis sacrificaret, quibus hoc deberetur. Cum hoc oraculo reuersus Athenas, Socratem adit, oraculum narrat. Reprehendit is, quod non potius interrogasset, iterne hoc suscipiendum esset, an non. Quia tamen ita quæsiuisse, faciendum esse, quod Apollo imperasset, ita tum Xenophon nauim ascendit, Sardes nauigat, ad Proxenum ac Cyrum venit, qui iamiam in Asiam profecturierant. Atq; heic eum Cyro commendat Proxenus; qui rogarbat, ut secum militatum iret, verbo quidem aduersus Pisidas, at reuera aduersus Artaxerxes regem. Ita tum militie nomen dedit in gratiam Cyri, cui non minus carus erat, quam ipse Proxenus. Postea Cyro quidem in prælio, ducibus vero Græcis fraude Tissaphernis trucidatis, cum quid agendum esset, Græci prorsus ignorarent, primus hoc consilij dedit, ut alii duces occisorum loco legerentur. Quod cum omnibus placuisset, inter alios ipse quoque dux creatur, qui Græcos cum ceteris domum reduceret. Varia fuerunt tota illa profecitione Xenophontis consilia & strategemata, quibus longe reliquos duces excellebat. Atq; his rebus factum, ut Cherisophus Lacedæmonius dux eum mirifice diligeret: quos quidem inter non nisi semel toto itinere dissidium incidit: multas hoc tempore militum iniurias pertulit, ac nihilominus eos egregie in officio continuit: etiam aliquando Arcadibus, quamquam ab eis desertus fuerat, suppetias tulit, funditus perituris, ni succurrisset. Posteaquam Byzantium venissent, quo minus urbem milites ab Anaxibio classis præfecto irritati diriperent, auctoritate sua impediit. Inde ad Seuthen Thracum regem milites ducit, eumq; paterno regno exutum feliciter restituit immanibus Thraciæ nationibus domitis. Verum deinde Seuthes de consilio Maronensis Heraclidæ malam Græcis & Xenophonti gratiam refert. Quare co-

DE VITA XENOPHONTI S.

pias Lacedæmonii se traditurum pollicetur, qui bellum aduersus Persas in Asia duce Thimbrone moliebantur. Antequam huic exercitum in Asiam traiectum traderet, Asidate Persacum uxore, liberis, familia, magnis opibus capti, non nihil ditatus fuit. Totum iter quo copias duxit per infestissimas nationes, stadiorum fuit triginta & quatuor millium. Post ali-
quod deinde temporis interuallum, commilito fuit Agesilai regis in Asia: qui quidem e-
uersurus Persicum imperium fuisse putabatur, nisi reuocatus a suis ad compescendum The-
banos auro Persico corruptos, in medio victoriae cursu fuisse. Apud eumdem maximo fuit in
precio, quemadmodum Plutarchus narrat. Absens ab Atheniensibus exilio multatus est,
et in iussu Lysimachum Atheniensium & Lacedæmoniorum amicum. Etiam Agesil-

quod Cyrum iunisset, hostem Atheniensum, & Lacedæmoniorum amicum. Etiam Agesilao in pugna aduersus Thebanos ad Coroneam commissa adfuit. Quod autem nonnulli tradidunt eum ab Agesilao rege Spartam accitum fuisse ad erudiendos pueros, ut ex ipso parendi imperandi artem discerent: equidem nec verum esse putò, nec auctoritate scriptorum veterum in Agesilao veterum comprobari. Nam quod hoc de Agesilao Plutarchi, probare conantur, ex versione Interpretis proficiscitur, viri & mihi amicissimi, & ceteroqui cum paucis omnino, qui hoc

2. q. de p. p. 315. saeculo veterum monumenta Latinum in sermonem conuertunt, conferendi. Scripsit enim Plutarchus, id quod facile intelligent qui Graeca ipsius verba diligenter intuebuntur, Xenophonti Agesilaum auctorem fuisse, ut filios suos Lacedaemonem accitos ibidem educaret; quod futurum ei policeretur, ut artem ibi disceret, qua nulla praeclarior, parendi nimirum & imperandi. Haec verborum Plutarchi sententia est: cui Diogenes etiam in vita Xenophontis nostri adstipulatur. Tradit enim is ex Dioclis auctoritate, filios Xenophontis apud Spartam Lacedaemoniorum disciplina imbutos fuisse. Ceterum deinde Xenophon hospes Lacedaemonios ad. Plut. p. 1070. Ex illis. niorum publicus factus est, atq; ex eo tempore Scilluntem una cum Gryllo & Diodoro FF. p. 1070. Ex illis. commigravit. Isthic votum Ephesiae Diana fanum exstruxit, seq; cottidie venationibus, in uitationib. amicorum, scriptione historiarum oblectabat. Tradit Pausanias Scilluntem Eleis Lacedaemonios ademisse, donoq; Xenophonti dedisse: Dinarchus autem, predium una cum domo datu ei fuisse ab Lacedaemoniis. Ceterum postea quā orto inter Eleos & Lacedaemonios bello, Scilluntem Elei adorirentur, ac tardius Lacedaemonij suppeditias ferrent, Xenophone e-

bello, Scilluntē Elei adorirentur, ac tardius Lacedaemonijs suppetias ferrent, Xenophon eiusque filij Leprāum fuga se se receperunt: inde Corinthum peruenere salui: qua in urbe deinceps habitauit. Postea cum Athenienses Lacedaemoniis, quos Argiū & Arcades cum Thebanis coniuncti, tantum non oppreßerant, publico decreto factō (de quo ipse libro Gracarum historiarum extremo narrat) ferendum esse opem statuissent: Xenophon Gryllum & Diodorū FF. Athenas mittit, ut huic expeditioni interessent. Commissum inde prælium est ad Mantineam: ex quo Diodorus nulla re memorabili gesta incolumis eus sit: Gryllus autem, aduersus Thebanos equites collocatus, Epaminondam clarissimum imperatorem vulneratum occidit. Sic enim scripsit in Arcadicis Pausanias: qui quidem testes citat Athenienses ac Thebanos. Idem in pictura quadam Athenis se reperiisse commemorat, qua prælium ad Mantineam repræsentatum fuerat. Addit etiam Gryllo apud Mantineam fuisse columnam cum equestri statua collocatam. Forte Xenophon post hanc pugnam Corinthi rem sacram serto redimitus faciebat, cum ad eum veniunt, qui occupuisse filium ipsius in prælio dicerent. Ea re audita, dempto de capite serto, quo pacto mortuus esset, querit. illis respondentibus, strenue pugnantem ac multis hostibus interemptis, tandem & ipsum cecidiisse: corollam in caput reponit, ac ne quidem illacrymans in sacrificio pergit, hæc (ut quidam aiunt) verba proloquitus: Sciebam me genuisse mortalem. Gryllus hic a morte laudatus est multorum Epitaphiis versibus, qui quidem patri etiam gratificari cuperent, ut Aristoteles scripsit. De quo licet existimare, magna ipsum in existimatione fuisse. Floruisse maxime Xenophon prohibetur, anno XCIV Olympiadis quarto. Mortuus est anno primo C V Olympiadis

DE VITA XENOPHONTI S.

piadis apud Corinthum, cum nonagesimum vitæ annum excessisset, auctore Luciano. Vir fortis fuit, equorum, venationis, aciei struendæ, pietatis, sacrificiorum studiosus. Magnas aduersus Aristippum impurum philosophum similitates exercuit: ideoque in libro Memorabilium 11, Socratem aduersus hunc de voluptate differentem fecit: cuius rei Laertius quoq; meminit. Fuit & hoc dignissimum laude, quod cū latentes alicubi Thucydidis historiarum libros surripere posset, eiusq; labores suppressimere: potius eos in lucē proferendos summa cum indicatione insignis ingenuitat̄ putauerit. Datum ei nomen est Atticæ musæ, propter summam orationis suavitatem: quæ quidē causa fuisse fertur, quamobrem quædam inter ipsum & Platonem exsisteret æmulatio, de qua multa licet apud Athenæum legas. Idem liberum quoddam eius ad Dionysium tyrannum dicterium narrat. Nam cum pocillator eum ad bibendum cogeret, nominatim compellato tyranno: Quid hoc, inquit, rei est, Dionysi: tamen obsoniorum artifex ille insignis ac varius comedere nos inuitos non cogit, sed cum silentio mensam nobis modeste apponit. Suidas autem tradit, non Atticam musam, sed Apem fuisse appellatum; quod & Chrestodorus suis in versibus innmere videtur. M. Tullius orationem eius ait, melle dulciorem esse; quasi ad Homericā verba de Nestore alludens. Idem ait per hiberi, Xenophontis voce musas quasi locutas esse. Ceterum de toto dictionis ipsius genere preclare commentatus est non Hermogenes (ut quidam putat) sed Aristides Adrianensis in libellis duobus, quorum alter De simplici, alter De ciuili oratione inscribitur. Eorum primum nos eleganter ac studiose conuersum a C.V. Gulielmo Cantero nostro vidimus, qui quidem una cum cæteris eiusdem Aristidis operibus aliquando studio Canteri, Græce Latineque magna cum utilitate studiosorum hominum prodibit. Denique de libris Xenophontis nostri, eorumque ordine ac numero nihil addo, quod satis hæc ab H. Stephano explicata statuam; cui sane studiosi littèravum homines plurimum debent. Atque hæc fere sunt, quæ de Xenophonte sparsim traxi, colligere quasi unum in locum libuit.

Dionysius Halicarnassensis tomus 2,

P. 130, V. 40.

Ενοφανὲς, Ήρόδοτε ζηλωτὴς εὐγένεια κατ' ἀμφοτέρους τὰς χα-
ρεκτήσεις, ποὺ τὸ ψευδομάλικον θεῖ τὸν λεπτικόν· τοῦτον μὲν γένος,
παὶ τὸ παθόντος τὸ ισοελαῖον εἰξελιξαῖς καλαῖς θειαγαλονθεπεῖς θεια-
σθι φιλοσοφῶν περιγραφαῖς· πῶς τοι κύριο παιδίσιαν, οὐκόνα θειοτέλεια
άχαρον θεῖ εὐδαιμόνος· θεῖ αἰαθαλίον τὸ νεανικού κύρου, ὡς καὶ αὐτὸς
σωαντέει, μέγιστον εἴκοσι τὸ συρτατιστικόν εννεάλιων· Επιλιών.
θεῖ τρίποντα θεῖ Επιλιών, θεῖ τοι κατέλιπτεν ἀπελθ Θειαδίδης· θεῖ
η καταλύοντα τοι οι πελάκοντα, θεῖ τείχη Ταθηνάων, ἀλακεδαι-
μόνιοι καθεῖλον, αὖθις αὐτίστανται· καὶ μόνον θεῖ παθοδίστον γάζειν ἄ-
ξιος εἴπαγνενδεῖ, ζηλωτὴς Ήρόδοτες θύμομενος· ἀλλὰ θεῖ οἰκονομίας·
ταῦς τοὺς ἀρχῆς αἴτιον τὸ περιποθεῖσα τοις κέχυτον, θεῖ πλευτοῦς θε-
κεῖται ταὶς διπληδοῖς θεῖσις πλούτῳ θειακε, μεμέσκει τε καλῶς θεῖ πότης
θειαποικιλεῖ θειαφίλων. Ήνδεῖς τοὶ διπλεῖκιν) θεοσεβεῖς θεῖ δίκαιον θε-
καρπετοκεν καὶ εὐπεπτοίς, αἴτιοις τοὶ συλλιθίοις κεκοσμημένον αἴτιον·
καὶ οἱ μὲν περιγραμματικὸς πότος αἴτιον θεῖ ποτοῦ θειακοῖς, ποτὶ μὲν
θειοῖς Ήρόδοτος, ποτὶ θεῖ σύνθετερος. καθαρός μὲν γένος τοὶ θεῖ σύνθετοιν ικο-
νάδεις, καὶ σταφῖς, καθαυτῷ θεῖονος· θεῖοις γένεσις θεῖονατασινήθη τε καὶ
πλευρῇ τοῖς περιγραμμασι, θεῖ συλλιθοῖν αὐτοῖς θεῖοις τοῖς καὶ κεχα-
ρεκτησιν, καὶ θεῖον Ήρόδοτον. θεῖ φοῖς θεῖ θειάλος θειαγαλονθεπεῖς,
θεῖ ποτελεύτην θειαστικόν πλαστομασιοεκον, Ήρόδοτος θεῖος. οὐδὲ μόνον την
ἴδυσε πότο πατρὸς αἴτιον λαβεῖν, ἀλλὰ καὶ πότο μιεράραι θειαλητήν πλευ-
ραῖς, θειαλητοῖς πεντέστεροις θεῖοις ποτοῦ γιγαντοῖς αὐτοῖς, παχέως σθεννοῦ).
μακρότερος θειαντεκαὶ θεῖοντος θεῖ πολλοῖς θεῖ ποτελεύτην θειαστικόν θεῖον
Ηρόδοτος θειάπατετο θεῖοι περιγραμματικοῖς, ἀλλὰ οὐ πολλοῖς θειαλητοῖς θεῖοις
θεῖοι, αὐτοῖς θειαγαλονθεπεῖς.

προσωπικόν τούτο μάλα γαλούχατα γενικά.

Etrursum pag. 69, v. 46.

Φιλίσου ὃ ΘΞινοφάνες ὁ μὲν Ξενοφάνης, Ηροδότου Κυλωπὸς ἐρ-
τε, κατὰ τέ τας προγενετικὰς αρετὰς Θάξ οἰκονομικὰς Ταῖς οὐ-
κας τὸ διάλεκτον, πὴ μὲν ὄμοιος, πὴ δὲ λέπτων, ἐλεκτικὸς μὲν γὰρ
ἀπόρος τοῖς θύμοισι, Θεοφίκης Θεοφάρης, Θεοτίκης η σωθεσσιν ήδη Θ-
χαεις, ως Επικονιώτης οὐκένεον· Υψους δὲ Επικεφαλοφρεπιας καζολου
ιστεκει προσεγματος οὐκ επέπεχεν· αλλ' εἶδε δὲ φρίστοντος τοῖς προε-
ποιοις πολλάκις εἰσοχαστο, πεπονθεις αὐτὸν διάρασιν ιδίωταις Επαρθε-
ντος εἴδος οὐτε λόρους φιλοσόφους, λέξις χρόμενος λόγιοις φρεπούσερ
αλλον γερεπωποιος καζορθώμασι.

Cicero de Oratore, lib. 2.

Deniq; etiam à philosophia profectus princeps Xenophon Socratus ille, post ab Aristotele Callisthenes comes Alexandri, scripsit historiam: & hic quidé, rhetorico pene more; ille auté superior, leniore quodam sono est usus, & qui illum impetum oratoris non habeat: vehemens fortasse minus, sed aliquanto tamen, ut mihi quidem videtur, dulcior.

Idem in Oratore:

Xenophontis sermo, est ille quidem melle dulcior,
sed a forensi strepitu remotissimus.

Idem in Bruto:

Librum conscriptum molli & Xenophonteo generis
sermonis.

Idem in Oratore:

Xenophoritis voce Musas quasi locutas ferunt.